



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De illis qui negligunt poenitentiam. xxxviii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

est, vt veraciter ex corde se grauiter deliquisse confiteatur, & per ieiunia & eleemosynas, vigiliisque ac sacras orationes cum lachrymis se purgare contendat, & sic se ad spem veniæ pro misericordia Dei peruenire confidat.

Vt inter pœnitentes publicè & absconse discretio seruanda sit. Cap. XXXVII.

Ex cõcil.
Mogūti,
cap. 21.

VT discretio seruanda sit inter pœnitentes, qui publicè & qui absconse pœnitere debeant.

De illis qui negligunt pœnitentiam.

Ex cõcil.
Cartha.
cap. 75.

VT negligentiores pœnitentes, tardius recipiantur.

Cap. XXXVIII.

Vt pœnitentem ex corde magna exhilaratione sacerdotes suscipere debeant. Cap. XXXIX.

Ex dictis
Basily
episcop.

Pœnitentem ex corde ita oportet suscipi, sicut dominus ostendit, cum dicit: Quia conuocauit amicos suos, & vicinos, dicens: Congratulamini mihi, quia inueni ouem meam quam perdideram.

Vt secundum differentiam peccatorum, episcopi arbitrio pœnitentiæ tempora decernantur. Cap. XL.

Ex cõcil.
Africa.
cap. 10.

VT pœnitentibus secundum differentiam peccatorum, episcopi arbitrio pœnitentiæ tempora decernantur, & vt presbyter inconsulto episcopo non reconciliet pœnitentem, nisi absentia episcopi necessitate cogente. Cuiuscunque autem pœnitentis publicum & vulgatilissimum crimen est, quod vniuersam ecclesiam cõmouerit, ante abbatum manus ei imponatur.

De his qui iam peccare cessauerunt, & perfectè pœnituerunt, vt communio eis in ipsa pœnitentiâ concedatur. Cap. XLI.

Ex cõcil.
Laodicē.
cap. 2.

DE his qui diuersis facinoribus peccauerunt, & perseverantes in oratione cõuersionem à malis habuere perfectam, pro qualitate delicti, talibus post pœnitentiæ tempus impensum, propter clemētiam & bonitatem Dei communio concedatur.

De lapsis quomodo eos fraterno affectu corripere, & consolari debeant, vt non incidant in insidias diaboli, & desperent. Cap. XLII.

Ex epist.
C. his. pa.

Sed si aliquis lapsus quoquo modo fuerit, portemus eum & fraterno corripimus affectu, sicut ait beatus Apo-